

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

**Q**onstituit Nabuchodonosor regem hierusalem patrum Joachim mathaniam: ut seruiret ei sub tributo interposito religione iurisdictioni: et mutato nomine vocauit eum Sedechiam. Vicesimo primo annu etatis annu agebat Sedechias cum regnare cepisset. Et. xi. annis regnauit in hierusalem: fecitq; malum coram domino. Erat em superbus cogitans vt adhereret regi egiptiorum: nec iurisdictioni regi babilonie seruauit. Decipiebant eum pseudoprophete dicentes: in proximo babilonios vincendos ab egiptijs. Hieremias vero ei suauit vt spem in deo et non in hoie poneret. Cum aut nono sui regni anno sub ordinantibus egiptijs tributum caldeis promissum denegare: et in libertatem se vendicare tentauit. Et iurandum transgressus. Quam obrem Nabuchodonosor ira percitus cum ingenti exercitu ad eum venit et diu obsedit et tandem fame coactum eum ad deditiōem compulisset. Et aperta est ciuitas circa mediam noctem: fugit autem Sedechias cum omni domo sua nocte ad viam deserti: persecuti sunt eum principes diluculo: et comprehenderunt. Et vincum traxerunt eum ad regem Babilonie in reblata. Is dicens eum ingratum fuisse percepti ab eo imperij: et deierasse in deum. Oculos eius effodit et cathenis vinxit eum vt adducerent in babilonem. Et cum eo Josedech: et eius vniuersam familiam trucidari mandauit. innumeros quoq; ciuitatis hierosolime traxit in seruos ad babiloniam: ac totam urbem vna cum templo euerti et incendi precepit. Sed et assyriorum regnu a medis destructum obtinuit: Ideo babiloniorum regnu factus est oim monarcha. Hic fuit exitus regni hebreorum et caldeorum regni principium. Caldea autem Asia regio arabie coterminia longe plana sed fontiu q; maxime indigua. In qua Babilon maxima ciuitas regni caput erat. Medorum quoq; regnum defecit. Cum vltimo astyages octauus et vltimus rex medoru. 38. annis regnasset temporibus Sedechie.



### Hierosolimorum excidium

**H**ierosolima nobilissima et verustissima ciuitas p varia tpa pluries vastata fuit. Primo a babilonio rege. Dum nabuchodonosor caldeorum rex tpe Sedechie cu ingenti exercitu in iudeam venit ibiq; magnis cladibus ei' ciuitates affectit. Ac etiam ipsam hierosolimam obsedit. Deinde pfecto contra Pharaonem regem egipti quo fugato: Nabuzardan sui exercitus principeni ad obsidendas hierosolimam rursus mittit. Ibiq; decem et octo mensib' statione firmata iudei se et vrbes caldeis ignominiose tradiderunt. Qui rege interfecto muros et turres euertent. templa incenderunt. eiusq; vasa sustulerunt. Et p. lxx annos templi solitudo pmanit. A cyro rege persaru laxata est captiuitas. Extructum est templum sub Babilio rege psarum et medorum. Secdo ab Asobeo egiptiorum rege. Que em passa est iudea a medis egiptijs macedonibusq; non enumero. Tercio ab Anthiocho epiphane crudelissimo oim tyranno facta est euersio. Hic hierosolimam ciuitate sancta menelao prodente vi cepit. et sanctu locum spoliavit misitq; homines impios qui compellerent iudeos carnes porcinas comedere. et a patrijs legibus se transferri: et non templus domini: sed iouis olimpi cognominare et ydolum venerari. Quarto a pompeyo is iudeam vicit omne eius hierosolimam: et tributarios fecit. Et vt strabo habet. Pompeio eam cepit: obseruato ieiunij die: duz ab omni opere iudei abstinerent impleta fossa et admotis scallis. iussitq; menia omnia conuelli. Posthos quinto Gabinius Scauro Varus vrribus iudee et precipue hierosolime insultaueret: et herodes magnus et sossus captam: oppidum seruaueret. Sexto ad extremum funditus euertitur ano scdo imperij vespasiani die octaua mensis septembris: a Tito eius filio vrbs capta et templum subuersum. Qua cu cepisset coplanatis menibus: fossas etia impleri iussit. Urbe aut illa qua vicisse victores gentium romani tam elatum opus esse dixerunt: vt Titus: tunc exercitus: post imperij gubernator in ipso ingressu mensa vrbis admirans: tantam